Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

XII.

Nequa igitur per sacrilegas similitudines et impias curiositates et magicas consecrationes animas purgantur et reconciliantur quasi falsus mediator non traxerit ad superiora sed potius obsidentes interclusit viam perfectius quis tanto maligniores quanto superbiores suae societatis inspirat quae non possit ad euolandum pennas nutrire uirtutum sed potius ad demergendum pondus exagitare uiciorum tanto gui animae nutriuntur quanto sublimiores uidentur euecta sublimi. Inde sicut magi fecerunt diuinitus moniti quasi ad humiliterate domini adorandam stellam per duxerit ita et nos non quemadmodum sed per aliam uiam in patriam redire debemus. quam rex humilis docuit et quam rex superbus humili regi contrariam obsidere non possit. Et nos enim ut adoremus humile rem celi enarrauerunt gloriam dei. cui in omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum. Via nobis fuit ad mortem per peccatum in adam. per unum quippe hominem peccatum intrauit in hemundum et per peccatum mors. et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Et uiuit uiae mediator diabolus fuit persuasor peccati et perceptator in mortem. Nam et ipse ad operandam duplam mortem nostram simplam adtulit suam. Per impietatem [illegible] nam quia mortuus est in spiritu carne utique mortuus non est. nobis [illegible] autem et impietatem persuasit et propter hanc ut in mortem carnis [illegible] uenire mereremur effecit. Vnum quoque appetitum iniquae suasionis [illegible] alterum nos secutum est iusta damnatione. Propterea quippe semper [illegible] est. Dis mortem non fecit. quia causa mortis ipse non fuit sed tamen per retributionem iustissima mors irrogata est peccatori. sicut supplicium iudex irrogat reo. causa tamen supplicii non est iustitia iudicis sed meritum criminis. Quoniam nos mediator mortis transmisit et ipse non uenit idest ad mortem carnis. ibi nos dominus dis nostrae medicinam emendationis inseruit quam ille non meruit. occulta et nimis archana ordinatione diuinae atque iustitiae. Vt quoniam sicut